



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis  
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate  
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Iesu Christi Annus. M.DC.XLV. Sancti Patris Benedicti. M.C.LXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

Omnibus  
statim ad-  
miratione.

Mirum e-  
ju dictum.

santissime  
vita summi-  
tut.

Franciscus  
de Borgia  
Archiepi-  
scopus.

rerum Calvariae scriptor) familiam dimittit, votum ex solutura ipsa inter epide nihilque morata, sed seipsum demissa, Monialium Calvariae Conventum ingreditur; tanta modestia & humilitate, tanta prudentia & zelo, cum ipsis Virginibus versatur, ut omnium calculo ad Novitiatum, ac dein Professionem admissa, nihil à mirabili vocazione alienum admittens, omnibus admirationi & imitationi esset. Sola oratione cœlestiumque contemplatione paucabatur. Divina duntaxat, ut cordi, ita ori inerant, non pati arduum sibi, sed optabile, sed delectabile dictabat; tanta in Deum fiducia, tanto amore æstuabat plerumque ut sèpè sodalibus, singulari gratia mentis jubilo jocoque diceret: *haud scé à DEO tot beneficijs afféctam, credere posse unquam inferno ad dicendam, ut tot salutis subsidia, tot talen- ta, tot lumina nihil profutura essent.* In Vigilia Nativitatis Domini, pidiè quam è vivis decederet, sacratissimo Missæ Sacrificio in nocte adesse gestiens, preclolo Christi Domini Corpore reficienda, multis sorores precibus exoravit, ut se in extremis constitutam nascenti Christo Puerò in Ecclesiam deportatam sisterent, (hydropisi laborabat, tantusque erat corporis tumor, ut stupenter ipsis Medici, vixque loco, juvantibus omnibus, moveri posset) delata tamen est in Sacellum, ubi cum tantisper quievisset, subito exiliens in pedes, incredibili celeritate ad altare processit, unde ex sororibus leviter manum ministrante, sumptaque Sacra lan- da Eucharistia, codem die nasci in cœlis, quo in terris Christus natus erat, ardenterisimis votorum suspirijs peropere coepit. Sed Deo aliter disponeente, ubi primum Plenariam Indulgentiam Calvariae à Summis Pontificibus concessam consequuta est, inter verba Orationis animam innocentissimam efflavit vigesima septima Decembris, hoc ipso anno Millesimo sexcentesimo quadragesimo quarto, Dilecto Domini Joanni Evangelista reservata, cum hoc festum exaltationis in cœlis celebratura, insigni apud sorores sui memoria, & desiderio relictis. In Jndijs Apostolatum suum beato fine claudit Illius Franciscus de Borgia ex Monacho S. Benedicti de Sahagun Archiepiscopus de las Charcas. Ex Ant. Soto-Majore.

Hoc ipso anno Serenissima Francisca Renata Lotharingiae Princeps omnis exemplar sanctitatis, Abbatissa S. Petri Remensis meritisima ab amplexu filiarum in Christo dilectissimarum, incredibili cum suo, tum illarum mœrore & dolore abstracta, iussu Regis Parisis evocata, celeberrimi illius Montis Martyrum Archisterij Coadiutrix renunciata est, cum Remense Monasterium quinque solummodo annis summa cum prudentia sanctissime gubernasset & brevi Regimine Domum DEI, loci illius Basilicam egregie excoluissest, & pretiosissimis ornamentis locupletasset, aliaque inter tres sacros Calices comparasset, arcamque ex ebeno, argenteis cælaturis elegantissime distinctam confici curasset, in qua maximam partem corporis S. Zenonis (quo à Grégorio XIII. donatus quondam fuerat cognatus Renata) Eminentissimus S. R. E. Cardinalis Carolus à Lotharingia & brachium S. Guilielmi Ducis Aquitaniae inclusit. Proinde hoc ipso anno Remis quarta Maij discedens, omnium corda & studia secum abstulit, & Parisis delara, abdicationem in manus Ludovici XIV. fecit, suscepit quamprimum in ejus locum Catharinam Angelicam Aurelianensi Principe serenissimi Henrici Aurelianensis Ducis de Longeville lectissimam filiam, è Malodunensi ad Pontifaram Cenobio postulatam. Huic vero successit alia Angelica, nimurum Catharine, Margarita Angelica Pontis Dominarum Professa, filia Illustrissimi Maximiliani Francisci de Berune, Comitis Orvalensis Regii Ordinis Equitis, Reginæ Annae Austriacæ suprenni Aulæ Praefecti; quæ ab Illustrissimo Domino Simone Lebraß Suectionensi Episcopo benedicta fuit, in genti pompa, in frequenti Consesso Cardinalium, Episcoporum, Principum & ipsiusmet Regina Galliarum.

IESU CHRISTI ANNU S. M. DC.XLV.  
Sancti Patris Benedicti. M.C. L.XV.

**I** Terum præstantissimi valoris gemma corona Sanctorum cœlesti inse- ritur, deprompta ex amplissimo Galliarum Regni, & Congregationis nostræ de Calvaria promptuario & Thefauro. Hæc revera fuit Domina Maria de Ley primæ Nobilitatis jubar, filia Illustrissimi Ducis, Domini à Vanta- dura,

Francisca  
Renata Pr.  
Lotharing.  
fit Couad-  
iutrix in  
Monte  
Mart.

Omnium  
corda se-  
cum au-  
fert.

Maria de  
Ley.

## BENEDICTUS

262

dura, quæ dimissa celeberrima quadam  
& opulentissima Ordinis Sanctissimi  
Parentis nostri BENEDICTI Abbatia;  
eui à Rege præfecta fuerat, eligens sub-  
eile magis quam præesse, Novitiatum  
Calvariae Parisiensis, raro mundi con-  
temptu ingressa, minima & humillima  
omnium tacta, juratum propriæ vo-  
luntati & carni bellum indixit, & ge-  
nerosissime gesuit, didicique ab utili  
Calvaria & intuitu, & nominis consi-  
deratione, ita vivere, quasi semper &  
statim moritura, imo libinet semper  
mori in omnibus, ut cum tempore  
sancte docta mori, in Domino lætissi-  
mè moreretur, quod & brevi condidi-  
cit, & felicissimè meruit, dum neendum  
tempus Tyrocinio præfinitum emen-  
sa, assumpta est ad statum perfecto-  
rum, ad gloriam & præmia immorta-  
liter triumphantium; in brevi siquidem  
consummata bonorum operum  
aggregatis sibi immensis opibus, ex-  
plicavit tempora multa. Decessit Lute-  
ria Parisiorum, magno omnium soror-  
um luctu & mœrore, nec minore fru-  
ctu ex ejusdem imitatione. *Ex rerum  
Calvariae Monimentis.*

Mira no-  
storum  
conservatio.  
Imperijs  
Statu, Acatholieis Catholicos,  
juratissimo odio persequentibus & om-  
nia hostilia parantibus atque inferentibus,  
mira & singularis Dei, ac Benedic-  
ta Matris Virginis deBenedictinis suis  
cura & pia sollicitudo, toties intentata  
Religiosis morte, nec illata, toties in-  
cendijs mirè everfis, toties mirabilius  
confosptis, toties hostibus perterritis, &  
cœlitus delusis atque elufis. Et mini-  
mè sanctacendum, quod hoc ipso an-  
no pro conseruatione Imperialis Cœ-  
nobij Vinearum, vulgo Weingartten-  
sis, aecidit, tertia Septembris, d' e cùm  
Duellij Gubernator Widerholius, post  
quam diutius Superiorem Sueviam, &  
vicina rapinis, atque incendijs impunè  
vastasset, Monasterio huic hostiliter  
immineret, ignesque atque ultimum  
exterminium, incendiarijs jam desti-  
natis, paratisque ad exitium omnibus  
minaretur, visâ in aëre spectabilis ad-  
modum Virgo Deipara supra ipsum

Cœnobium, tanquam, non solo nomi-  
ne, sed reapse Præterix, elegans ma-  
nu Vexillum rotans, eoque religiosos  
illic habitantes quasi inumbrans, atque

in protectionem suscipiens, stupenti-  
bus non solum, quibus absterrendis  
hoc factum, hostibus, sed plurimis Ca-  
tholicorum intuentibus, quorum ad  
triginta requisi idipsum solemnè ju-  
ramento se vidisse confirmarunt. Sin-  
gularem hanc Deiparentis erga Mona-  
sterium illud affectionem, & ab hac  
curam & protectionem prædicente  
pridem & promittente sanctæ memo-  
riæ Bertholdo ejusdem loci Abbate,  
causa tanti affectus his verbis assigna-  
ta: *Cum non dubium habemus, quin Sa-  
cro sanctum Filii sui Sanguinem, cœlesti a-  
pud nos dispositione, ac benedictione recom-  
endum sedulo, atque invicerato virtutis sua  
revit affectu; & nos, imo locum, qui vita-  
lem Tutela ac Salutis nostræ continet the-  
saurum, ex alto respiciens, in Suffragium  
nostræ protectionis, de Throno Majestatis,  
mitis se & blanda submittat, ut mitigate no-  
bis in diebus malis, &c.* Meruit & favo-  
res alios durante eodem Germaniae  
bello idem Monasterium, saepius pro-  
digiosissime cœlis propugnatum, ut  
cum Dubadelius Succicarum copiarum  
Dux, idem cum pago torum ignibus  
cremare constitueret, & concubia no-  
ste rem aggressurus, cœlo super Cœno-  
biū aperto, inde minantia sibi suis  
que fulgetra, & quæ ingressum para-  
bat, plateas & vicina, plena equitum  
candidateum cernens, relicis ante  
pagum impedimentis omnibus in ef-  
fulsissimam sese fugam abriperet; quæ  
divinitus gesta, & equites illos cœle-  
stes fuisse Genios, Reginas Angelorum  
domesticos, nemo sanæ mentis ambig-  
ere poterat. Visum & cerberos coe-  
lum in hostes Religiosorum concita-  
re, dum Sueci immodestius sacra loca  
haberent, cellasque illorum, triclini-  
um, culinam, Apothecam ut propria  
& de jure occuparent, à metuendi hor-  
roris, & formæ Cerbero appetiti, &  
alij spectris emigrare compulsi, faten-  
te liberrimè postea Catholico quodam,  
qui inter Suecos meruerat, milite, taliter  
se fuosque in hoc Conventu exa-  
gitatos, ut nec pro mundi torius pro-  
misso pretio, persuadendus esset, spon-  
te sua, nec meliore titulo, unam no-  
tem ibidem traducere. Vili & quo-  
tidie post octavam Vespertinam, quæ  
Ascarum quieti alias destinata erat,  
tres veneranda specie senes cucullati  
amplissimis manicis, præferentes dex-

repoli  
marchia  
hostia.

Hofles ip-  
mis in-  
emur.

tra

*Pigilantia  
Numini  
pro statu ser-  
vulus.*

tra quisque sua tædas candidas arden-  
tes in oculis ministrorum Capitanei de  
Jödwen, in Conventum ascendere &  
cellas & conclavia diligenter visitare,  
tanto cum horrore omnium, ut nec  
hiscere quidem audaciissimus militum  
audereret, et si quotidie, & longo quidem  
usu, nunquam non mirati, nunquam  
non stupefacti & intuerentur, & cau-  
tus attenderent. Longum esset nimis, si  
& alia, hoc idem solummodo Cœno-  
biuum concernentia, referre conare-  
mur, è quibus hoc ipso perditissimo  
nostro saeculo & æate, manifesto con-  
stare possit, quantâ curâ, charitate &  
benevolentia usque hodie Numen Opti-  
mum Benedictinis suis consulere &  
per omnia, adjutor in oportunitatibus  
adesse dignetur, ut ex unius loci fortu-  
na & exemplis, facile quivis adver-  
rat quanta idem Numen præstiterit tot  
tantique nominis tota Germania Cœno-  
bijs, plerisque in communi cataclysmo  
mirabiliter conservatis, apud ple-  
raque prodentibus fœle, minimum in  
ipsum Religiosorum, conservatio-  
ne Protectionis Divina signis, quæ uti-  
nam viritim nobis colligere licuisset,  
& pro magna Dei gloria, omniumque  
nostrum ad maiorem confidentiam  
debitasque indesinibiles gratiarum a-  
ctiones concitatione, propalare & ce-  
lebrare.

*Catharina  
Angelica  
Ducissa Au-  
gustiana, fit  
Abbat. S.  
Petri.*

Benedicatur hoc anno solemniter  
Reverendissima & Serenissima Prin-  
ceps & Domina Catharina Angelica  
Ducissa Augustiana, Ducis Henrici  
de Longeville filia ab Eleonora d' E-  
stampe de Valence Archiepiscopo Re-  
meni die 26. Maii ipso Ascensionis Do-  
minica festo, in Abbatisam S. Petri Ur-  
bis ejusdem, præsentibus serenissimo  
ejusdem Domino Parente, & Maria de  
Longeville, alijsque Magnatibus, nec  
non Abbatisis S. Petri de Avéneio, S.  
Joannis in Nemore, & S. Stephani Re-  
mensis, Anristita non tam nomine,  
quam vita puritate, & admirabili san-  
ctitate verè Angelica, ita ut felicissimæ  
loci ejusdem sanctimoniales discerne-  
re satis non possent, neque sufficienter  
agere Numini gratias, pro tantarum  
Gubernaticum concessione, vivorum  
omnino, omnis perfectionis & Virtutis  
speculorum, ita ut dum in quavis om-  
nia collectim, in singulis nihilominus  
singularia omnia intueri viderentur,

unde quivis animadvertis, quid non  
tantarum Principum exempla efficere  
apud subditas debuerint, dum haec ipsæ,  
in summo Praelaturæ gradu, omnes eti-  
am minimas, & foco devotas sorores  
conversas summa animi demissione su-  
perare conarentur, & verò etiam gene-  
rosissimè superarent.

Hoc ipso anno felicissimæ recorda-  
tionis Abbatis Matthiae Mariæmontani  
corpus, de quo supra, quinto an sexto  
ab obitu anno, repertum est incorrup-  
tum, & cani ejusdem, in vernantiam  
versi juvenilem, quod oculatorum fide  
testium acceptum merito celebramus.

*In corruptio  
Abbatis  
Matthiae.*

*IESU CHRISTI ANNUIS M.DC.XLVI.  
Sancti Patris Benedicti. M.C.LXVI.*

**B**ENEDICTUS REX MARTY-  
rum, iteratæ felicissimi agonis Vi-  
ctoriae & triumphi gloriæ in Benedicto  
Benedictinorum suorum Ordine se  
gloriosum ostendens, mirabilis hoc an-  
no in generositate fortissimi militis sui  
Philippi Poueli eruit, fideliumque  
sibi Anglorum animos excitavit, infi-  
deliumque alios confudit, alios in vita-  
vit. Is ipso Purificationis Magistri Ma-  
tris & Virginis Cœlitum Augustæ Fe-  
sto, anno Christi millesimo quingen-  
tesimo nonagesimo quarto, in Wallia  
Angliae natus, patrem Ruggerum Po-  
uelum, Matrem Catharinam Morgo-  
nam habuit, utrumque non minus an-  
tiquæ, quam spectatae familiae. Ætatis  
anno decimo sexto, Londonum missus  
Reverendum Patrem Augustinum Bac-  
kerum, Ordinis nostri Monachum eru-  
ditissimum Magistrum meruit, à quo  
in Belgium discedens, in Magni Ang-  
lorum Apostoli Divi Gregorij Mona-  
sterio Duacensi cucullum induit, & mi-  
ra animi demissione gratissimè, mori-  
bus se omnibus commendavit. An-  
no autem Dominica Incarnationis  
millesimo sexcentesimo vigesimo se-  
cundo, suæ ætatis vigesimo octavo, A-  
postolicæ functioni, pro egregio Zelo,  
& insita animo Generositate, & Superio-  
ribus suis destinatus, in Angliam rever-  
sus, Magistro suo Augustino, menses  
sedecim religiosissimè convixit, ac de-  
inceps labores Apostolicos pro virili  
aggressus, in omnes sece partes lucran-  
torum Christo & Sacrae Romanae Ec-  
clesiae animorum convertit, perque  
Comitatum Devonie industrium se  
admo-

*Philippus  
Pouelus  
Congreg.  
Anglie.  
Monachus.*

*Fit Monachus.*

*In labore  
Apostolicos  
missus.*